



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1635. usque ad annum 1643

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 9011888X**

§. 66. Quidam Abbatis San-Cyrani liber a Parisiensi Archiepiscopo  
proscriptus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67406](#)

Sæc. XVII. „nis Auxiliis absque speciali nostra li-  
A.C. 1643. „centia sub anathemate interdicimus.

„Renovantes præterea nostrum præ-  
„cedens Decretum, sub eadem excom-  
„municationis pœna vetamus, ne ul-  
„lus in Concionibus & Catechismis  
„eas quæstiones moveat, quæ contem-  
„tiones ejusmodi excitant, nec faciunt  
„ad ædificationem; ac denique ne  
„quisquam ausu temerario damnatas in  
„ea constitutione propositiones ullo paſto  
„propugnet. Datum Parisiis die unde-  
„cima Decembris anno Salutis millesi-  
„mo sexcentesimo quadragesimo tertio..

Insuperhabito tamen hoc editio Jans-  
senii Fautores sub specioso Augustinianæ  
doctrinæ veritatem tuendi obtenu-  
fere Constitutioni Pontificiæ totis viri-  
bus opposuere: optandum tamen fuiss-  
et, ut Jansenii vindices ejus quoque  
modestiam fuissent imitati; si enim  
eum ut Magistrum agnoscunt, cur non  
æque illius humilitatem, modestiam,  
obsequiumque erga Sacram Sedem imi-  
tantur? forte eos pudet ab illo discere  
virtutes, a quo didicerunt errores.

### §. LXVI.

*Quidam Abbatis San - Cyrani liber  
a Parisiensi Archiepiscopo  
proscriptus.*

Ineunte

Ineunte hoc anno die vigesima septima Januarii idem Joannes Franciscus Parisiensis Archiepiscopus inhibuit, ne liber, cui titulus: *Theologia familiaris seu succincta instructio de iis, quae Christiano credenda, & pro salute in hac vita Argentre agenda sunt*, in sua Diæcesi legeretur, aut a Bibliopolis venderetur. Eundem hunc librum Sacra Romanorum Inquisitorum Congregatio die vigesima tertia Aprilis anno Christi millelmo sexcentesimo quinquagesimo quarto inter libros reprobatae doctrinæ recensuit. Erat hujus operis Auctor Joannes Vergierus Abbas San-Cyranus, qui in animo habebat antiquam disciplinam Ecclesiæ restaurare, & mysteria fidei naturali ratione explanare, sed cum Ecclesiam jam corruptam temere existimaret, mysteriaque fidei ratione sua metiretur, perversam doctrinam clanculum disseminabat, quam S. Vincentius a Paulo, a quo sodalitas Presbyterorum misericordia instituta est, manifestam fecit, ut in ipsius vita describitur, & nos supra memoravimus.

Ejusdem San-Cyram epistolæ ad Jansenium sua manu exaratæ atque eidem, cum in carcerem captus abducatur, ablatæ Parisiis in Bibliotheca Claromontani Collegii apud Jesuitas extitisse dicuntur, habentur quoque

Yy 4

ali-

Sæc. XVII.  
A.C. 1643.*Index libr.*  
*proh. Lib. V.**p. 286.**Argentre**Coll. Jud.**t. 3. p. 246.*

Sæc. XVII. aliqua ex istis literis excerpta, atque in  
 A. C. 1643 lucem publicam edita, an vero genui-  
 na, & non adulterata fuerint, a multis dubitatur, saltem nunquam eorum  
 authographa fuerunt exhibita, quam-  
 vis Jansenistæ id fæpissime, ac impor-  
 tune petiissent: genuinas vero San-Cy-  
 ranni literas esse obtendunt Jansenistæ,  
 quas Arnaldus Andillius anno hujus  
 fæculi quadragesimo quinto publici ju-  
 ris fecit.

## §. LXVII.

*Antonii Arnaldi liber de frequenti  
Communione.*

*Abrege de  
l'hist. Eccl.  
p. 3. fol. 453.  
Hist. Jan-  
sen. Leyd.  
l. 3. p. 487.  
Arnald. in  
pref. &  
part. 3. c. 16.* Prodiit hoc anno liber de frequenti  
*Communione* ab Antonio Arnaldo  
 Doctore Sorbonico compositus, & a  
 pluribus Episcopis, universo Auschia-  
 næ Provinciæ Clero, necnon a viginti  
 quatuor Sorbonæ Magistris approba-  
 tus. Hujus libri occasio erat alias li-  
 bellus per Franciam hoc anno sparitus,  
 quo Jesuitæ frequentem imo & hebdo-  
 madarium communionem statim a con-  
 fessione poenitentibus commendabant,  
 et si adhuc amore sui & mundi pleni-  
 essent: cum autem eo tempore nil ma-  
 gis familiare esset, quam quod Jesuitæ  
 Jansenistis Calvinianam hæresin de gra-  
 tia, & vicissim Jansenistæ Jesuitis re-  
 laxa-